N. 2532.

Currenda XVIII.

A. D. 1878.

L. 2368.

Zaprowadzenie żywego Różańca, zarząd tegoż i odpusty nadane.

W Dyecezyi Naszéj zaprowadzony został w wielu Parafiach Różaniec żywy, przeto dla wiadomości udzielamy wydane dekreta tak przez ś. p. Papieża Piusa IX. jako i Prowincyała OO. Dominikanów, któremu zarząd nad Różańcem tak zwanym wiecznym jako też i żywym przysłuża.

Pius PP. IX. Ad perpetuam rei memoriam.

Quod jure haereditario pluries quoque ab Apostolica Sede confirmato ad inclytum Fratrum Praedicatorum Ordinem in Galliis etiam pertinuerat, propagare nempe pium exercitium cui a Rosario nomen in honorem Bmae Mariae Virginis, et sodalitates a sancto Rosario erigere, postliminii jure *) enixis precibus repetunt trium Provinciarum praedicti Ordinis in Galliis consistentium Praesides.

Pietate et industria bonae memoriae Mariae Jaricot, Lugduni ortum habuit Sodalitas a Rosario vivente nuncupata, cujus sodales, in quindenas dispertiti, singulis per mensem diebus, mysterium ad meditandum decademque recitandam sibi unoquoque mense sortiuntur; et sic reliquis deinceps mensibus. Hanc Sodalitatem adscriptorum numero auctam, laudibus prosecutus est, indulgentiisque ditavit, fel. rec. Gregorius XVI, Decessor Noster, qui eidem Sodalitati patronum dedit eminentissimum virum Aloysium Lambruschini tunc temporis in Galliis Nuntium Apostolicum, fecitque dilectum filium Bethemps Metropolitanae Ecclesiae Lugdunensis Canonicum ejusdem Sodalitatis Moderatorem supremum, cujus erat Sodalitatum hujusmodi in reliquis Dioecesibus Praesides deligere, ac Zelatores singulis earundem Sodalitatum sectionibus praeficere. Jamvero, uno et altero, quibus sancta Sedes hujusce Sodalitatis patronatum et regimen, ut supra, demandaverat, vita functis, et restituta in Galliis Fratrum Praedicatorum familia, cujus tres ibidem Provinciae constitutae sunt, quum praefata Sodalitas non sine periculo jacturae Indulgentiarum, primaeva constitutione et ordinatione sua destituta videatur, dilecti filii hodierni trium Dominicani Ordinis Provinciarum in Galliis existentium Praesides, enixe a Nobis postulant, ut supre-

*) Juxta Ferraris, postliminium est „jus amissae rei recuperandae ab extraneo, et in statum pristinum restaurandae.“

mam Rosarii viventis moderationem Magistro Generali Ordinis supradicti, singularum autem sodalitatum seu societatum hujusmodi regimen ei curam Moderatoribus Confraternitatum a S. Rosario quae in locis singulis erectae sunt, de auctoritate Nostra committamus.

Nos igitur, hisce votis obsecundare, omnesque et singulos, quibus Nostrae hae litterae favent, peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris ac poenis, quovis modo vel quavis de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, Auctoritate Nostra Apostolica, perpetius futurisque temporibus munus supremi Moderatoris Rosarii viventis dilecto filio Magistro Generali Ordinis Fratrum Praedicatorum demandamus, regimen vero et curam Sodalitatum seu Societatum a Rosario vivente Praesidibus seu Moderatoribus Confraternitatum a S. Rosario, quae in singulis locis institutae sunt, Auctoritate item Nostra, et perpetuum in modum, committimus.

Decernentes has litteras Nostras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, dictisque in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios et delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, Sedis Apostolicae Nuntios, et S. R. E. Cardinales etiam de latere legatos, et alios quoslibet, quacumque praeeminentia et potestate fungentes et functuros, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate, judicari et definiri debere; ac irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Nostra, Cancellariae Apostolicae regula de jure quaesito non tollendo caeterisque quamvis speciali atque individua mentione ac derogatione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Volumus autem ut praesentium litterarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris die 27. Augusti 1877, Pontificatus Nostri anno trigesimo secundo. F. Card *Asquinius.*

Odnośnie do wyż. przytoczonego Breve apostolskiego wydał Wikaryusz generalny Zakonu Dominikanów Fr. Józef Marya Sanvito następujące dwa rozporządzenia:

I) Ad omnes Patres, Fratres et Sorores Ordinis Praedicatorum. Cum SS. D. N. *Pius PP. IX.*, per breve *Quod jure haereditario* datum die 17. Augusti 1877, nobis supremam Rosarii viventis moderationem commiserit, virtute facultatum ita nobis nobis attributarum, sequentia declarando ordinamus:

Omnes et singuli Directores Rosarii viventis hodie existentes in officio suo ad vitam confirmantur, cum facultate eligendi novos Zelatores etiam novis quindenis praeficiendos. Similiter, omnes zelatores hodie existentes ad vitam in officio suo confirmantur. Omnes

denique sodales a praedictis zelatoribus hucusque recepti, aut ab iisdem in posterum recipiendi, pro legitime admissis habendi sunt, ita ut omnibus indulgentiis et gratiis Rosario viventi concessis aut concedendis libere perfruantur.

In posterum autem, ut quis in Sodalitatem Rosarii viventis legitime cooptetur et lucretur Indulgentias huic Sodalitati concessas, necessarium erit illum eligi aut approbari ab aliqua zelatrice seu zelatore, qui ipse approbatus seu institutus fuerit ab aliquo legitimo Rosarii viventis Directore. Pro legitimis vero Directoribus habendi erunt: 1. juxta Breve supra citatum, omnes Directores Confraternitatum SS. Rosarii quae in singulis locis per Magistrum Generalem FF. Praedicatorum de consensu Ordinarii canonice erectae sunt aut in posterum erigentur; 2. in locis ubi Confraternitas S. Rosarii non existit, Sacerdotes qui, vel a nobis immediate, vel ab AA. RR. PP. Provincialibus (virtute delegationis quam singulis in sua Provincia concedimus) *instituti fuerint.*

Nuper quidem in manus nostras pervenerunt nonnulla documenta authentica ad Rosarium vivens pertinentia, quae nunquam adhuc praelo commissa sunt: alia vero, quae nobis desunt, reperire satagemus. Quibus omnibus examinatis et perpensis, necnon consulta (si opus fuerit, ut omnis dubitandi occasio auferatur) S. Congregatione Indulgentiarum, brevem libellum conficiendum curabimus, in quo accurate explicabuntur ea quae praedictam Rosarii viventis devotionem referuntur.

Quamobrem Breve Pontificium his nostris litteris adjungimus, simulque jubemus ut omnes ad ea quae sunt praescripta se conforment. Deum igitur enixis precibus pro Pontifice Nostro *Pio Papa IX,* qui novum beneficentiae suae argumentum Ordini Nostro contulit, exorent. Dum vero benedictionem Nostram omnibus Vobis ex corde impertimus, vestris quoque precibus Nos ipsos, Sociosque commendamus. Valete.

Datum Romae, in Conv. N. S. M. supra Min. die 15. Novembris, D. Alberto Magno O. N. sacro, anno 1877.

Fr. Josephus M. Sanvito, Vic. Generalis Ord. Praed.
Fr. Hyac. Marchi, Prov. et Socius.

2) Ad omnes PP. Provinciales et Superiores Congregationum Ordinis Praedicatorum.

Ut statim in diversis Ordinis nostri Provinciis obtineatur unitas quantum ad moderationem *Rosarii viventis,* quae nuper a SS. D. N. *Pio PP. IX* per Breve datum die 15. Augusti 1877 nobis commissa est, sequentia declarando ordinamus, quae, per modum regulae directivae, ab omnibus Nostrae auctoritati subjectis observari decernimus.

1. Omnes Rosarii viventis Directores, etiam Generales seu Dioecesani, die 15. Novembris hujus anni praesentis existentes, pro confirmatis ad vitam et pro legitimis habendi sunt, non exceptis illis in quorum loco, seu civitate, adest Confraternitas SS. Rosarii ipsorum regimini non credita.

2. Isti Directores ita confirmati eligere possunt in posterum novos zelatores, non autem novos Directores.

3. Novi Directores institui non possunt nisi a Rmo Ordinis Magistro, vel a Provincialibus, ex ejus delegatione, quae jam singulis in sua Provincia commissa est.

4. Omnes Directores locales possunt instituere unum, aut etiam plures viros, seu mulieres, qui, cum nomine Praesidentis, aut alio simili, sub Directoris Auctoritate, et in ipsius localitate, pluribus praesunt zelatoribus, prout expedire videbitur. Et hoc idem facere possunt Provinciales per totam Provinciam, in locis ubi non adest Confraternitas SS. Rosarii, et ubi non reperitur aliquis Sacerdos idoneus, qui possit et velit partes Directoris suscipere.

5. Provinciales constituent *Directores locales*, non autem generales v. gr. pro tota aliqua Dioecesi. Quod si forte aliter fieri videatur opportunum, aut necessarium, recursus ad Rmum Magistrum Ordinis habeatur. In locis vero ubi talis Confraternitas reperitur, diplomata non concedant, nisi forte ex speciali causa et habito recursu ad Rmum Generalem.

6. Salva speciali causa, Provinciales libenter Sacerdotibus (aliunde dignis, et idoneis) concedant diplomata petita *pro locis in quibus non adest SS. Rosarii Confraternitas.*

7. Haec diplomata esse poterunt, sive ad vitam sive ad tot annos, prout expedire videbitur.

8. Possunt Provinciales haec diplomata (et etiam diplomata SS. Rosarii a nobis subscripta) concedere pro locis in quibus nulla extat in praesenti Ordinis nostri Provincia, v. g. in Helvetia, in Algeria etc.

9. Talis autem esse poterit formula diplomatis, quod concedent Provinciales: Nos Fr. . . . . Prior Provincialis Provinciae . . . . Sacri Ordinis Praedicatorum.

Inter principaliores Officii nostri partes esse reputamus, ut magis in dies propagetur et floreat devotio erga Beatissimam Deiparam ejusque Rosarium, quod haereditario jure ad Ordinem nostrum pertinere saepius ab Apostolica Sede declaratum est. Cum igitur SS. D. N. *Pius PP. IX* per Breve sub die 17. Augusti 1877 supremam Rosarii viventis moderationem Reverendissimo Ordinis nostri Magistro Generali commiserit, auctoritate nobis ab ipso delegata, te . . . . instituimus, et facimus ad . . . . Directorem Rosarii viventis in civitate seu loco qui vulgari vocabulo dicitur institumque decernimus et declaramus, cum omnibus juribus et gratiis quae talium Directorum muneri seu Officio competere dignoscuntur: dummodo tamen in dicto loco non existat aliqua Confraternitas SS. Rosarii, quae auctoritate Reverendissimi Magistri Generalis Ordinis Nostri de consensu Ordinarii canonice erecta sit. Quod si talis Confraternitas in hoc loco deinceps erigatur, tunc ipso facto cessent facultates quas tibi per praesentes impertimur; cum singuli praedictarum Confraternitatum Directores debeant, regulariter, moderationem Rosarii viventis ejusque Zelatorum et Sodalium in suo loco possidere. Datum . . . . .

10. Praesentes vero litterae nostrae typis publicis ne committantur, ut facilius deinceps in regulis suprapositis immutari valeat, quod forte immutandum experientia magistra videbitur

Dum vero benedictionem nostram omnibus vobis ex corde impertimur, vestris quoque precibus Nos ipsos Sociosque nostros commendamus. Valete.

Datum Romae, in Conv. N. R. M. supra Min. die 15. Novembris, D. Alberto Magno O. N. sacro, anno 1877.

Fr. Josephus M. Sanvito, Vic. Generalis Ord. Praed.
Fr. Hyac. Marchi, Prov. et socius.

Summarium Indulgentiarum

quae Sodalitati Rossarii Viventis ab Apostolica Sede concessae sunt pro singulis sodalibus.

Singuli Sodales dummodo ab aliquo legitimo Zelatore seu Zelatrice electi seu admissi fuerint sequentes Indulgentias lucrari possunt:

1. Primo die festo post suam admissionem Indulgentiam Plenariam, defunctis applicabilem, dummodo in hoc die vere poenitentes et confessi sacram Eucharistiam suscipiant. Gregorius XVI. in Brevi Benedicentes, 27. Jan. 1832.

2. Pro recitatione decadis quotidiana centum dies in ferialibus diebus; septem annos et totidem quadragenas in diebus dominicis et aliis per annum festis diebus, iis etiam quibus praeceptum audiendi Sacrum ademptum est, nec non per octavas Nativitatis Domini, Paschatis, Corporis Christi, Pentecostes et Assumptionis, Nativitatis et Conceptionis Immaculata B. M. V. (Ibid.)

3. In festivitatibus Nativitatis Domini, Circumcisionis Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Corporis Domini, Pentecostes, Sanctissimae Trinitatis; item pro singulis festis, etiam minoribus, B. M. V.; item in festis SS. Apostolorum Petri et Pauli et omnium Sanctorum, nec non tertia dominica cujuslibet mensis: Indulgentiam Plenariam applicabilem defunctis: dummodo quotidie decadem suam sedulo sancteque recitaverint saltem per unum mensem, nisi quis fuerit legitima causa praepeditus, et contriti, confessi sacram Eucharistiam susceperint, atque visitando aliquam Ecclesiam pias preces effuderint in diebus supra notatis. Si justa causa visitationem Ecclesiae impediat, Confessarius aliud opus subrogare potest. (Ibid.)

4. Indulgentias omnibus fidelibus Rosarium recitantibus ab Apostolica Sede usque ad annum 1832 concessas (Ibid.), et ideo 1. centum dies pro quolibet *Pater* et quolibet *Ave* dummodo utantur corona precatoria de more benedicta per aliquem Sacerdotem Ordinis Praedicatorum (Benedictus XIII. 13. April. 1726), vel per alium Sacerdotem qui a Rmo Ordinis Magistro Generali facultatem Rosaria benedicendi obtinuerit; 2. in die a singulis Sodalibus semel quotannis eligenda Indulgentiam Plenariam defunctis applicabilem si contriti, confessi et sacra Communioni refecti consuetas preces juxta intentionis Summi Pontificis effuderint dummodo quotidianam decadem per integrum annum recitaverint utendo Corona ut supra benedicta. (Ibid.)

Pro Capitibus Rosarii Viventis.

1. Zelator (seu Zelatrix) qui quindenam aliquam moderatur dummodo electus seu approbatus fuerit ab aliquo Directore legitimo Indulgentiam centum dierum, quoties aliquod sui muneris punctum impleverit. (Gregorius XVI. 7. Junii 1839.)

2. Praesidens qui (vel quae) ab aliquo Secerdote Directore legitimo eligi seu approbari potest ut sub ejus auctoritate pluribus praesit Zelatoribus; quando undecim saltem Zelatores moderatur Indulgentiam tercentum dierum quoties aliquod sui muneris punctum impleverit. (Ibid.)

Sacra Congregatio Indulgentiis sacrisque Reliquiis praeposita Indulgentias in praesenti Summario contentas uti authenticas recognovit proindeeque typis imprimi ac publicari posse censuit.

Datum ex Secretaria ejusdem S. Congregationis die 2. Februarii 1878.

Al. Card. *Oreglia* a S. Stephano Praef. — *A. Panici*, Secretarius.

Z Biskupiego Konsystorza, w Tarnowie 8. Czerwca 1878.

Wykaz sprawionych rzeczy i przedsięwziętych reparacyj przy kościołach i plebaniach Dekanatu Nowotarskiego. *(Ciąg dalszy do kurendy XVII.)*

W Harklowéj: Od roku 1874 do 1878. Pobito kościół nowym podwójnym gontem i obciągnięto pokostową czerwoną farbą dla trwałości za 300 złr. — Dwa obrazy (odciski olejne) sprowadzone z Wiednia t. j. Niepokalanie Poczęcie N. M. P. i św. Józefa do bocznego ołtarza, po usunięciu dawniejszych bardzo rażących za 50 złr. — Dano podsiebitkę w całym kościele i w zakrystyi, 6 okien powiększono, rozszerzono i zastąpiono nowemi z nowem oszkleniem. — Drzwi do kościoła z pod dzwonnice jednostajne wyrzucono, zastąpiono je zaś nowemi, szerokiemi, łamanemi; dzwonnice również obito deskami nowemi wewnątrz i zewnątrz, i dano dętą podsiebitkę. Na to wydano gotówką nielicząc roboty parafian 300 złr. — 1877. Zrzucono dawny chór wąski, niewygodny i niepewny, a dano nowy z nowymi słupami, nałożono na to 60 złr. Drewniane ramka w których dzwonek przy zakrystyi umieszczony był, usunięto, zastąpiono je żelaznemi, wymalowano kościół cały, zakrystyą a nawet pod dzwonnicą na co nałożyła konkurencya 450 złr. oprócz pomocy potrzebnéj, któréj dostarczali parafianie. Pan kolator Józef Wrocławiak własnym kosztem dał odnowić i odzłocić tęczę kościelną wraz z wizerunkiem ukrzyżowanego Zbawiciela z roku 1001 na niéj umieszczonym za 50 złr., żona zaś jego pani Maryanna Wrocławiak ofiarowała ozdoby z paciorków na 16 lichtarzy wartości 15 złr. Józef Potoczek, kierujący bractwem dał odsztafirować boczny ołtarz N. M. Panny za 50 złr. Sprawiono stopnie przed tenże ołtarz z desek jasionowych za 5 złr. Przewielebny ks. kanonik honorowy Leśny, dziekan i proboszcz w Dembnie ofiarował kielich srebrny wraz z pateną za 100 złr. Panna Bronisława Kwiatkowska wraz z panną Anną Wrocławiak sprawiły 2 alby haftowane i dwie nowe komeżki. Prócz tego ofiarowano kościołowi 10 obrazów różnéj wartości, kupiono podwójne naczynia do ofiary mszy św. Razem 1380 złr. w. a.

Ludźmierz: Pani kolatorka Tetmajerowa ofiarowała firanki do wielkiego ołtarza, Welum na puszkę i tuwalnię, wszystko w wartości 50 złr. Umbrakulum ofiarował ks.

Kowalkowski, kapelan klasztoru Starosandeckiego w wartości 35 złr. Ołtarz wielki odnowiony ze składek dobroczynnych 100 złr. Obywatele Nowotarscy ofiarowali pająk za 130 złr. Ludwina Karczmarczyk z Długopola sprawiła sztandar z żółtego adamaszku za 120 złr. Ławki do kościoła parafianie za 120 złr. Stacye sprawiła obywatelka z Odrowąża Anna Łaś za 150 złr. Ks. NN. sprawił ambonę nową wyzłoconą w wartości 300 złr. Jan Panek z Rogoznika chorągiew w wartości 45 złr. Obrusy na wielki ołtarz sprawiła NN. za 20 złr. Obraz M. B. Wniebowzięcia na wierzch do ołtarza ks. miejscowy pleban 50 złr. lichtarze także jego kosztem 30 złr. Feretron miejscowe dziewczęta 30 złr. P. Tekla Sykutowska z Nowegotargu suknię atłasową na figurę M. B. wartości 20 złr. Organ przeniesiony ze starego kościoła i wystrojony 50 złr. Razem 1800 złr. w. a.

W Maniowach: Od roku 1874. Welum białe na cyborium sprawione przez pannę Gerżabek około 30 złr. Dywan na pokrycie schodów wartości około 30 złr. Pozłocenie kielicha przez ks. plebana 12 złr. Jan Rusnakiewicz sprawił ornat fioletowy za 40 złr. Agnieszka Udziela sprawiła ornat biały za 35 złr. Panny Gerżabek bukiety 2 złr. Panie z Czorsztyna obrus na ołtarz za 8 złr. Ks. pleban dał odmalować pokoje na plebanii prócz wiktu zapłacił 20 złr. Z fundacyjnych dochodów odmalowano kaplicą św. Marka za 20 złr. Wystawienie 3ch pieców na plebanii kosztem ks. plebana 15 złr. Kielich sprawili małżonkowie Grywalscy do kościoła w Sromowcach 57 złr, i mszał za 20 złr. Konkurencya wystawiła organistówkę za 568 złr. Wstążkę do dzwonka ofiarowały panny Gerżabek 5 złr. Welum białe Jadwiga Krzystoń za 4 złr. Błażéj Plewa stułę i humerały za 4 złr. Ks. pleban sprawił 3 paski 4 złr. 50 cnt. Kościół w Sromowcach wymurowany przez Wgo Drohojowskiego i gminę około 6000 złr. Lampa ze składek 91 złr. Ornat do kościoła w Dębnie sprawiła gmina 35 złr. Pobicie w Maniowach zakrystyi 3 złr. Michał Baka z Maniów zreparował powałę w kościółku św. Sebestyana za 5 złr. Gmina Dębno wystawiła mur około cmentarza cholerycznego około 20 złr. Wny Drochojowski figurę starą zniósł, a na jéj miejsce postawił nową, sam obraz Chrystusa P. na blasze 20 złr. Grywalscy w Sromowcach sprawili ornat fioletowy 30 złr. Razem 7058 złr. 50 cnt.

W Nowymtargu: Od r. 1874 do końca 1877. Presbyteryum wymalowane, posadzka w tymże z kamieni kwadratowych nowo wyłożona, balaski nowe, to wszystko nakładem Pana Józefa Dąbrowskiego, obywatela tutejszego za 540 złr. Wielki ołtarz odzłocony ze składek parafian za 1020 złr. Dywan duży przed wielki ołtarz ze składek za staraniem Wnéj Pani starościny Maryi Steuer i Wnéj Karoliny Hoszard komisarzowéj za 100 złr. Dwie ławki nowe w presbyteryum sprawiły Panie Hermanina Laur i Franciszka Cieplinska. Gradus pod baldachim sprawił miejscowy pleban za 3 złr. Ambonę dał całkiem odnowić i odzłocić P. Jan Macinowicz obywatel Nowotarski za 150 złr., chrzcielnicę odnowiono i zupełnie odzłocono kosztem miejscowego ks. plebana za 55 złr. W nawie kościoła posadzka wyreperowano oraz sprawiono 6 ławek ze składek parafian za 90 złr., 6 komeżek płóciennych z koronkami i dwa czerwone

kołnierzyki z galonkami dla ministrantów sprawił ks. pleban za 16 złr. Ornat czarny ze składek parafian do czego się i ks. pleban przyłożył, za 30 złr. Dwie czarne dalmatyki ze składek parafian 42 złr. Ornat czerwony wraz z dwoma dalmatykami ze składek parafian, na co dał także ks. pleban 15 złr. za 156 złr. Feretrony dwa ze składek parafian 35 złr. Chorągiew żałobną sprawiło bractwo Różańca św. za 50 złr. Firanki pąsowe wyszywane drobnemi i większemi perełkami przed ołtarz św. Walentego sprawiła Pani Tekla Sykutowska za 45 złr. Poduszki 4 na ołtarze sprawiła Pani NN. za 24 złr. Wizerunek ukrzyżowanego Zbawiciela po nad tęczę dała odmalować i odzłocić Pani Teofila Dąbrowska za 12 złr. Mszał duży ze składek parafian za 25 złr. Kanony do wielkiego ołtarza oraz praeparatio ad Missam sprawił miejscowy ks. pleban za 12 złr. Monstracyą, odnowiono i odzłocono ze składek parafian za 30 złr. Dzwonek przy zakrystyi wraz ze szarfą ze składek parafian za 13 złr. Obrus na wielki ołtarz sprawiła pewna Pani za 8 złr. Klęcznik w kościółku św. Anny za 3 złr. Kwiaty przed wielki ołtarz, bukiety do świec ofiarowała pewna Pani. W r. 1874 wymurowano przy drodze do Zakopanego prowadzącéj, kaplicę pod tytułem Niepokalanego poczęcia N. M. Panny, do któréj nadany jest przywiléj w dni powszednie odprawiania Mszy św. ze składek parafian 650 złr. Razem 3109 złr. wal. austr.

W Odrowążu: Wieża kościelna została blachą cynkową pokryta, co kosztowało 500 złr. na co obrócony został ten kapitalik, który według dawniejszéj ustawy krajowéj powstał z tych szóstek czyli 10 grajcarówek składanych przez parafian na budowle kościelne i plebańskie, a który oddany do kasy oszczędności wzrósł na 300 złr., a teraz brakujące 200 złr. uzupełniły gminy składkami dobrowolnemi. Sam swoim kosztem ks. proboszcz wymurował bramę na cmentarzu wiodącą do kościoła, blachą cynkową pokrytą, przyozdobioną na wierzchu figurami św. i pokrył kapliczkę na cmentarzu tuż koło kościoła blachą cynkową; konkurencya pobiła gontami dach na plebanii i na szkole, inne reparacye około zabudowań plebańskich uskutecznia ks. proboszcz swoim kosztem;

W Zakopanem: Obraz M. Boskiéj podług wzoru Sykstyńskiéj M. Boskiéj, darował Pan kolator Ludwik Baron Eichborn, kosztuje 350 talarów. 2 Ornaty, jeden biały, drugi czerwony darował ks. Dr. Krechowiecki około 60 złr. Ornat ręcznéj roboty biały wartości 70 złr., sprawiła Anna Bafijowa z Bańskiéj. Puszkę dał odnowić w Krakowie Jego Excellencya ksiądz biskup Janiszewski w czasie pobytu swego w Zakopanem. Razem 480 złr. w. a. *(Ciąg dalszy nastąpi.)*

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae, die 15. Junii 1878.

JOSEPHUS ALOJSIUS,

Episcopus Tarnoviensis.

Tarnoviae 1878. Typis A. Rusinowski, Typographi ad honores Episcopalis, Impensis Consistorii.